

quodam Ludovico Duce Andegavensi, qui
cum quadraginta quinque millibus arma-
torum venerat tempore Filii, ut se Apuliae
Regem faceret, concors erat. Qui tamen Lu-
dovicus ad petitionem Reginae apuliae per
Ravennae partes. transitum faciens, ducem
Guidonem in eius opinionem reduxit. Ob
hoc autem orta est discordia maxima in-
ter Galeottum de Malatestis militem do-
minum Arimini, et Dominum Guidonem,
et sub velamine Romanae Ecclesiae, et
urbani Papae nomine civitatem Cervientem,
Castrum Potentiae, et Cuglianelli, quae dicti
Guidonis ditione, et imperio regerantur, fur-
sim, et vi auferit a dicto Guidone, et huic
civitatis Ravennae multa mala intulit.
Dumque noctis tempore cogitabat per sca-
larum aditum Ravennae civitatem inva-
dere, totus populus morborum febrium ictibus
perculsi jacebant. Multi tamen subditis
Galeotti praedicti muros civitatis ascendentes
civitatem ingressi sunt. Quod audiens Do-
minus Guido de Potentia Bernardinum
eius filium primogenitum ad civitatis
defensionem destinavit. Pavore vero Bernar-